Vniversas enim felicitates hominum
mors terminat et concludit. Nam
cum predicaveris fidem Abrahe, pie-
tatem Joseph, castitatem Moysi,
fortitudinem Sampsonis, zelum Fi-
nees, David mansuetudinem, He-
lisei miracula, Salomonis divicias
et prudenciam, Absolonis pulchritudinem
et formam, propter extrema omnium lucta
occupat, finemque historie finis
hominis imponit. Una quidem conclusio est
singulorum videlicet et mortuus est.
Item fama, genus, mores, sapien-
tes et honores. Ista retinent
hominem quin ruat in cinerem.
Ita omne quod est genitum redit
ad interitum. Unde Ovidius:
Certa cuncta suos repetunt
matrem quam refluit. Et redit in
nichilum quod ante fuit nichil. Cer-
tum considera quod iste res fragi-
les durans per vos efficitur
similis flori qui crescit in arvo.
Unde Ysa. xl°: Omnis caro fenum
et omnis gloria eius flos agri. Vere
fenum est populus. Exsiccatum est
fenum et cecidit flos, verbum autem
domini manet in eternum. Quid
ergo superbit homo qui est sicut fenum
tectorum quod priusquam evellatur
exaruit. Unde scribitur in Tobia:
Est caro vas luteum. Et Item
Bernhardus in libro suarum medi-
tacionum: Unde superbit homo cuius con-
cepcio culpa, nasci labor, et
Ro° ca° de vilitate hominis libro

de interiori homine. Attende igitur
et vide principium vite tue et
medium et finem et invenies maximam
occasionem et causam temetipsum
humiliandi. Quid cogitas et
dicis que teipsum facis? Nunc
pulvis es et cinis. Scribitur enim
Eccli. xvii°: Revertatur pulvis in
terram suam unde erat. Interam
vilissimam, interam putridam
vermibus repletam. Job xvii°:
Putredini dixi pater meus es, mater
mea et soror mea vermibus. Item
Eccli. xvii°: Omnis homo terra et cinis.
Et Genes. 3°: Revertaris in terram
de qua sumptus es, quia pulvis
es et in pulverem reverteris.
Item quod mortis memoria hominem
humiliat de hoc non sine exempla
legitur quod in Romana curia
fieri solet videlicet quod creato papa
apportatur coram eo stupa qua
incensa dicitur sibi sic hac forma:
Pater sancte, sic transit gloria mundi.
Hoc est sicut ignis stuppam velociter
et subito redigit in favillam,
sic omnis gloria mundi cito labitur
et preterit quasi umbra. Narratur
eciam Ysidorus antiquitus fuisse in
consuetudine quod prima die corona-
cionis imperatoris Constantino-
politani cum esset in gloria sua
quidam lapicida apportabat
sibi … ut lapides quam lapidem
diceret ei quod eligeret de quo
sibi fieri vellet monumentum.